1710 Aquileiae fuit in aedibus Monari.

NOMINE QVAE SOLIDA VIXIT CVM CONIVGE SANCTAE
CLARA CENVS ET PVLCRA CENA SED PLENA PVDORIS
HIC IACET EXTREMVM FATIS OPRESSA SINISTRIS
HEC EADEM NOX VNA DEDIT TALAMOSQVE NECEMQVE
AVREA BIS DENOS AETAS CVM STRINGERET ANNOS
QVATtVOR AST DEDERAT SOLAcIA DIGNA MARITO
PIGNORE CARO TAMEN VACVVM SOLVTA CVBILE
PERGIT AD OCCASVS QVONIAM SORS OMNIA VOLVIT ❧
CVIVS PRO MERITIS PVLCRAM DE MARMORE SEDEM
VALERIANE DOLENS COMVNI IN PACE PARASTI
DEPOSITA IIII IDVS SEPTEMBRIS

Moschettini ms. apud Pironam et Vindobonae (inde Steinbüchel *Wiener Jahrb. A. B.* 47 a. 1829 p. 66 coll. *A. B.* 55 p. 23).

2 CENA Vind., CINA Pir.; est *clara genus et pulcra gena.* — 4 NECENQVAE Vind. — 6 QVATVOR et SOLATIA traduntur. — 9 PVLCHRAM Pir. — 11 III · IDVS Vind.

1711 Aquileiae in museo Bertoli.

ab una parte:

figurae IRGII
vestigia SVO AN

ab altera parte:

☧ TEODOV
ESIO

Bertoli in epistula ad Muratorium 25 Sept. 1740 et in syll. ms. n. 930.

1712 arca vulgo credita Valentiniani imperatoris extra Aquileiam reperta passus c. M ab antiquis muris, ubi hodie sacellum est SS. Felicis et Fortunati, sub choro. *Trovata a piedi del coro, ove è comparso un prodigioso numero di varie sepolture, l'una all' altra sovrastante* GRAD. *Il sarcofago fu aperto il 25 Genn. 1774; a lato della testa di Valentiniano era un' ampolla o sia fiasco con sangue disseccato e due cerchi come di scatola creduti da profumi* CORTENOVIS. *Tomba aperta il 6 Gennaro 1774 nel pavimento della fu chiesa de' SS. Felice e Fortunato. Si trovarono l'ossa dei due coniugi divise da una sottile lastra di marmo. I segni del martirio furono un buco nel cranio, la fiasca col sangue ed il monogramma pro Cristo* (!). *Queste reliquie, autenticate dai testimonj oculari con atto 4 Giugno 1793 furono trasportate a Gorizia presso il conte G. B. Coronini* ZANDONATI p. 170.

in operculo protomae duae, coronatae secundum Florium, viri et mulieris

columba grana depascens ex corbe ☧ *columba similis*

homo coronatus volumen tenens CORT.

HIC MORES OMINVM ET VITA
LAVDABILIS PROBATVR VA
LENTINIANVS SIBI ET ATHENO
DORE DVLCISSIME CONIVGI
DOMVM ETERNA FECIT IDEM
VALENTINIANVS LEGENTI
DIXSIT DIVITIAS ABES FRVE
RE SI NON POTIS DONA SI NEC
HOC POTIS QVID FACIS AT SVPERVS
HOMO QVI NESCIS VIVERE

mulier stans volumen tenens CORT.

Prodiit primum missa ab Hier. Gradenigo achiepiscopo Utinensi in ephemeridibus Romanis a. 1774 p. 101 (inde Donat. 458, 3). Florius misit ad Bernardum de Rubeis exemplum servatum in codice bibliothecae Marcianae cl. XIV n. 137 f. 263. Cortenovii non vidit lapidem ipsum, sed accurate delineatum habuit (inde Marini n. 4913). Tria haec exempla pendent ex eodem. Inter Moschettiniana exempla extant duo, a Zaninio exceptum alterum, alterum a nescio quo delineatum; ex his pendent *Wiener Jahrb. A. B.* 46 (1829) p. 57 (inde Orelli 5076), Kandler in Istria 1855 p. 204, Zandonati p. 229.

Variam lectionem dabo Gradenigi Florii Cortenovii Zaninii Moschettini. — Monogr. om. Grad. — 1 OMNIVM Zan. Mosch. — 2 LADABILIS Zan. — 4 DERE Mosch. — 5 AETERNA Zan. — inter ETERNA et FECIT inserit S Florius. — 6 VAENTINIANVS Cort. — 7 DIXIT Zan. Mosch. — FRVERE Zan. solus, ERVERE reliqui. — 8 DONAS IN EC verbis male separatis Flor. Cort. Grad. — 9 FACIS] TEACCIS Zan. — SVPERBVS Zan. — 10 habet Cort. solus.

1713 Aquileiae in scala qua ex navibus in terram itur CORT. Nunc in museo Cassis.

D *columba* ☧ *columba* M
BENEMERENTI
VALENTINO · QVI
XIT · AN · NOS · P · M · X
M · V · D · VII · DEPOSITVS
sic PRIIE · NONAS · DECEM
BRIS · RECESSIT IN PACE
FEDELIS PARENTES D
*c*ONTRA V
otum *fece*RVNT

Descripsi. Cortenovis ms. p. 95 (inde Marini n. 4920*a*).

2. 3 QVI|IXIT·AN·P·M·XIII, 8 FIDELIS PARENTES P, 9. 10 om. Cort.

1714 Aquileiae apud Zandonatium.

IO · FILIO · BALERIO
· ANOS · XVIII · MEN · V · Ð
T · DISCESSIT · CRISTI
S ❧ ☧ ❧ MATER
SIMPLI *velum* CIA · CON
TRA · VO *columna* *columba cum ramo* *columna* TVM ·
POSVIT *homo stans cum syringe* *homo stans manibus expansis* Q · VSQVE *sic cum puncto*
IN PACE ET · PVELLA
NOMINE MALISA

Descripsi.

1715 Belignae rep. 1788 CORT. Nunc Aquileiae in aedibus Moschettini.

BONE MEMORIE
VICTORINA QVI VIXIT *sic*
AN ❧ PLVS MENVS XXVIIII M V
DIES VI CVN VIRGINIO SVO
QVI VIXIT ANNV ❧ VNV ❧
MES II ☧ ☧ DIES XXVIIII
VIRGINIVS CONTRA
VOTVM *femina* FEC
DEPOSITA *elatis* PRI
CALENDAS *brachiis* NOBE

Descripsi. Cortenovis ms. p. 98 vidit partem utramque ut et ego, solam superiorem Kandler.

3 XXIIII Cort. — 4 VII Cort. — CVM Cort. — 6 MESE II Cort. — prius ☧ ego non vidi. — XXVIII Cort. Kandl. — 8 DOLVIT pro VOTVM Cort. — 10 NOB N| Cort.

1716 Aquileiae reperta, translata a. 1782 Udine in seminarium.

BENEMERENTI VICTV '*sic*'
TVRO · QVI · VIXIT · AN
NOS · III ❧ ET ❧ M ❧ III PARENTES CO
TRA VOTVM FECERVNT

Cortenovis ms. p. 23 (inde Marini ms. n. 5138).